Nomine ergo الحَصِيرِيّة pro الحَظِيرِيّة locus designatur diversus ab الخُصَيْرِيّة, de quo Noster egit infra in voce, et de quo I, p. ٣٠٩, 1 tradit, hunc vicum suo tempore, ut ab aliis acceperat, appellari الخَصِرِيّين,

s. الخَصِيبِيّين; addit vero hanc opinionem sibi falsam videri; et quare sic statuat, I, p. ٣٥v in v. الخُصَيْبِيّة declarat. Nempe vicus الخَصِيبِيّين s. الخَصِيبِيّين, qui etiam vocabatur سوق خصيب, ut ibi docet, propinquus erat Mausoleo Abū-Ḥanīfae. A duobus illis Bagdādis vicis diversus est الخُصَيْبِيّة, ut legendum est p. ٣٠٩ l. 1 pro الخصرية; vid. de eo infra in v. (I, p. ٣٥v l. 3 a f.), porro in v. الشماسية, et Lobbo'l-Lob. in v. (p. ٩٤ in v. الخُصَيْبِي), ubi exstat ipsius As-Sojūtii animadversio, cui hoc nomen erat notissimum, quia الخُصَيْبِي inter nomina occurrit, quae atavus ejus gerebat: conf. Meursingei *Sojutii Lib. de Interpretibus Korani*, p. 4, l. 5 a f. Vicus fortasse sic nuncupatus sit a خُصَيْب quodam, cujus nominis viros, praeter eos, qui a vico nomen habent خصيبى, Qām. affert.

Confirmatur Fl.i de حصائر الحطب interpretatio verbis Jāqūtii, a Nostro h. l. in compendium redactis, quae in Cod. Petrop. et Oxon. sic leguntur: الخَصِيبِيَّة (Petr. الحصيبرة) قال ابو سعد هى محلّة بشرقى (Ox. شرقى) بغداد قلت (واتّى P. فان, Fl. l. لا اعرف هذه المحلّة ببغداد ولكن (O. لكن) على شاطى دجلة مواضع يُباع فيها الحطب يقال لكل موضع منها حصيرة ويجمعونها على (P. الى) الحصائر فان كان ههنا فانما (O. كان سمّاها وانما سميته (O. سميت بذلك للحطب الذى فيها لا لانه عَلَمٌ لموضعٍ لكن ببغداد محلّة يقال لها الخُصَيْبِيّة بالخاء معجمةً والتصغير، قال ابو سعد منها ابو بكر محمد بن الطيب بن سعد بن موسى الصباغ الحصيبى (sic) يروى عن ابى بكر بن سلمان النجار وابى بكر الشافعى وغيرهما روى عنه ابو بكر الخطيب وقال كان صدوقًا فى سنة ٤٢٣ (sic). Pro الحصيبى legendum esse الخُصَيْبِي, novimus ex Qām., ubi in v.

الخضر (p. ٥١٤ l. 5 a f.): الخُضَيْرِيّة بالضم محلّة ببغداد منها محمد بن الطّيّب الصّبّاغ الخُضَيْرِيّ والمُبَارَك بن علىّ بن خُضَيْرٍ وخُضَيْر بن زُرَيْق وخُضَيْر لَقَبُ ابراهيم بن مُصْعَب بن مُصْعَب بن الزُّبَيْر وخُضَيْر شيخٌ لعلىّ بن رِبَاحٍ وعبدُ الرحمان (sic recte Qām.) ابن خُضَيْرٍ البصرىّ وخُضَيْر السُّلَمِيّ او هو بحاءٍ مُحَدِّثُون. — De حصن حطرون in Hisp., Al-Bay. II, ٢١٠, 7.

P. ٣٠٩ l. 4. Dicta de voce الخَطِيب sine dubio ex Glossâ marginali in textum irrepserunt; vid. *Introductio* p. VIII, l. 11, et nota *a*. Eodem modo judicandum est de seq. الخَيْطُوب, hîc etiam alieno loco insertum, de quo vid. infra, et *Add.* I, 545. — De خَطّابيّة, Syriae pago in ditione Antiochenâ, v. KREMER *Geogr. d. Nördl. Syr.* p. 11, l. 6 a f. — Is qui in v. الخُطَمِيّة spectatur, est السُّرَيّ بن الخُطَم, ut novimus ex voce قنطرة البَرَدَان. Ibno'l-Atīr tradit loricas dictas الدروع الخُطَمِيّة nomen habere ab خُطَمة من عبد القيس (vid. *Suppl.* ad Lobbo'l-Lob. p. 73, coll. Lobbo'l-Lob. in v. الخطمى), quem WÜSTENF. in *Reg.*, p. 239, nuncupat Ḥotama ben Maḥârib. — De الخَطْمان, pago prope Hebronem, vid. QUATREM. *H. d. Sult. Maml.* I, 2, p. 249. In Catal. Smithiano ap. ROBINS. *Pal.* III, p. 861 et seqq., locus non memoratur.

P. ٣٠٩ l. 6. De الخَطِيم vid. Ibn Hisch. p. ١٣٤, 4, Al-Azraqī ٧٥, 12, ٢٩٧ et seqq., Zam. p. ٤٤ in f. et n. *e*, et *Add.* ad I, p. ١٣٥, 9, et ٢٨٨, 5 et seqq., (I, 283 et II, 163). De الميزاب s. canali, per quem aqua, in superiore Al-Ka'bae parte collecta, demittitur, vid. Ibn Bat. I, p. 312 et seq. (ubi sermo est de الميزاب المبارك), et BURCKH. *R. in Ar.*, p. 201 et seq. Latus Al-Ka'bae hîc dictum a lapide nigro, الركن الاسود, alibi etiam vocatur الركن البصرى, v. c. supra I, p. ٢٨٩, 5.

P. ٣٠٩ l. 8. De حطّين Palaestinensi, vid. Al-Mošt. in v. et p. 15, Ibn Kallik. N. ٨٥٩ (ed. Wüst. fasc. XII, p. ٩. l. 6 et seqq.), ubi exponitur de proelio Ḥittensi, commisso a. 583 (1187), de quo etiam conf. Bahā·o'd-dīn in vitâ Salad., ed. A. Schult. p. 67 et seqq., et Al-Maqr. in Arn. *Chr. Ar.*, p. 170 l. 3 a f. et seqq.; de loco nostro porro vid. Seetzen I, p. 344, Robins. (male *Hattin* pronuncians) *Pal.* III, p. 487-97, et *N. B. F.* p. 488 et seq., et Vullers l. l. p. 621ª. Noster in v. حطين verba repetit السمعانى, quae Jāq. in معجم البلدان, et Wüst. l. 15 etiam affert, quae vero Jāqūt, quippe quae falsa sunt, in Al-Mošt. bene omisit, quâ re confirmatur, quod in *Introd.* p. xxxii diximus, Nostrum Libro Al-Mošt.ⁱ non usum esse. — Praeter sepulcrum شُعَيْب (Jethronis), etiam, ut addit Al-Mošt., ibi reperiretur sepulcrum صَفُورَاء ابنة, s. *Zipporae*, de quâ vid. item Abū'l-Fed. *Hist. anteisl.* p. 30, 14, scribens صفوره. Ejusdem sepulcrum ostenditur etiam in pago non procul inde dissito, Kafarmandā; vid. infra in v. كفر منده, et ibid. n. 10. De altero loco, حطّين Aegyptiaco, conf. Al-Maqr. in ed. Būl. I, p. ٢٢٧, et Lobbo'l-Lob. in v., de utroque loco agens.

P. ٣٠٩ l. 4 a f. De حُطَيّان vid. Zam. p. ٥٠, 4 et 5, et de الحَطَيرة, in v. باحَمْشا, بَلَد, دير العَذارَى (I, ٢٣٦, 2), دير العلث, Lobbo'l-Lob. in v., et Assem. *Bibl. Or.* III, 2, p. dccxxxvi.

P. ٣١٠ l. 2. Qām. in v. (p. ١٨٦٥, l. 4): وحِفاف كسحاب جَبَل. — Omittitur ibi seq. حُفاش, vel حِفاش; — de حِفاف, vid. Al-Bekrī in v., et supra in v. جفاف الطير et *Add.* ad h. l. (II, 75). — De الحفائر (ubi pro حُفْرة cum Fl. l. حَفِيرة) vid. Zam. p. ٤٣, l. 6 (ubi l. فُرَيْط) et n. *b*, infra in v. سرا, et de Tribu قُرَيْط, *Add.* I, 210, ac de وادى المهزول infra in v., et in v. حَفْر; جبل سوق infra non occurrit. — De seq. voce Zam. p. ٤٩ in f.: حفائل مواضع. Al-Bekrī in v.: الحفائل موضع معروف فى شقّ عذيل — قال ابو الفتح الحفائل واد فان

كان جمع حفيلة فهو مهموز وان كان جمع حفيل مثل عثير فهو غير مهموز ☆ حُفائل على لفظ الذى قبله الا انه مضموم الاول لا تدخله الالف واللام ارض فى ديار هذيل الخ; et deinde: قال ابو الفتح ويقال حفايل بفتح الحاء من ضمّها همز الياء البَتّة ليس فى الكلام فعائل الّا مهموزاً ومن فتحها احتمل الهمز والياء على ما تقدّم فى الرسم قبلَهُ ☆. — De شَعْهُ, Assyriae urbe Episcopali, Assem. *Bibl. Or.* III, 2, p. dccxxxvii.

P. ٣١, l. 8. De locis dictis حَفْر et حَفَر, quibus designatur *largus puteus*, vid. Al-Mošt. in vocibus, p. ١٣٨ et seq. et p. 16, ac de Tribu تَيْم بن مُرّة, in v. حَفْر بئر بمكة, praeterea *Add.* I, 529, et de *puteo*, Ibn Hisch. p. ٩٥, 4 a f. et ١١٣, 5, coll. p. 27, et Al-Azraqī ٤٣٨, 6, ubi l. الحفر; de حفر نَمْلَى, Zam. p. ٤٣, 6; de حَفَر ابى موسى, idem p. ٤٨, 3-6 et n. *a*, Noster in v. الخرجاء, خُوَيّ, رُعْن, مَنْعِج, ماوية, et *Add.* ad p. ١١, in f. (I, 216), ubi sermo est de ابو موسى, coll. Al-Azraqī, ٤٤١, 3 a f. L. 12 h. l. lege الرُّقَمَتَيْن, et de eo loco, ac de النباج et الشَّجِيّ, in vocc.; de حَفَر الرِّبَاب, in v. السلمانان, et Al-Bekrī in *Add.* ad v. تَبَرّع (I, 458). In dictis de الحَفَر l. 14, pro بين cum Fl. l. من, ut alibi, v. c. ٣١١, 10, ٣١٢, 1, 3 et 4, cet. L. 5 a f. in dictis de حَفَر سَعْد (quem Qām. in v. حفر, p. ٥٠٣, 9 dicit حَفَرُ سَعْدِ بن زَيْد مَنَاةَ), voce السانية, *machina* intelligitur, quâ, camelis aliisve jumentis motâ, agri rigantur. Vid. infra in v. الناجيل (III, ٢٠٢, 1), et Abū'l-Fed. p. ٩٣ in v. ظفار, ubi legimus: ولها بساتين على سَوَانِى, de quo loco conf. Rein. p. 125, et ibi n. 2. — Haec habet Al-Bekrī in v.: الحَفَر — موضع بالبصرة وهو حَفَرُ ابى موسى بين قَلْيج وقُلَيْج وهو على خمس مراحل من البصرة وحَفَر بنى

الأَدَم على مثل لفظه ماء محدّد فى رسم ضريّة، وفى شعر ذى الرُّمّة الحَفَر موضعان حَفَر بنى سَعْد وحَفَر الرِّباب بينهما مسيرة ليلة — وقال عُمارة الحَفَر والمَرُّوت منازل التيم (لتميم l.) من بنى تيم، والحَفَر ايضا خندق حَفَرَه كسرى بين دجلة والفرات الخ. — Ubi ap. Al-Bekrīum de عُمارة fit mentio, intelligi videtur ابو رفاعة عُمارة بن وَثيمة, + 289, et de quo vid. Ibn Kallik. N. ٧٩٣; legendum esse لتميم, apparet ex dictis in v. الاصيهب, et *Add.* ad h. l. (I, 125), et in v. المروت. Quod vero additur, من بنى تيم, vitiosum est.

P. ٣١٠ l. penult. Pro الحُفْر, in v. الحُفْرة, l. cum Fl. الحُفَر. De حُفْرة vid. Lobbo'l-Lob. in v., et *Suppl.*, p. 73, et Qām. in v. p. ٥٠٣ l. 10. — De utroque pago حَفْصابان, Al-Mošt. et Lobbo'l-Lob. in v., et de posteriore Nost. in v. خَمْقابان (sic enim, ut in Codd. exstat, p. ٣٩٩ leg., ubi etiam l. 6, ut in Codd., scrib. حفصابان), et in v. كَوال, qui Merw*ae* fluvius, ut ibi docetur, etiam appellatur كَوال حفصابان. — Al-Bekrī in v. حَفْل — موضع فى ديار طىّ الخ. — De حمدود (sic), Georgiae regno, An-Nowairī ap. Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* II, 1, p. 56, ubi hic addit: »peut-être *Tschawaketi*.'' De hac terrâ loquitur St. Martin *Mémoires sur l'Armenie*, II, p. 199. Fortasse leg. حَفَنْدِد.

P. ٣١١ l. 1. De حَفْنَا vid. Lobbo'l-Lob. in v. — Seq. حَفْس sec. As-Sojūtī in Libro «كتاب حسن المحاضرة فى اخبار مصر والقاهرة», sita est in ditione urbis اسْنَا (de quâ vidd. supra in *Add.* I, 107), eoque auctore, ibi nata est *Maria* (ماريـة), quam Al-Moqauqas ad Moḥ. misit (vid. *J. A.* 1854 Oct.-Nov. p. 506). Eadem tradit Ibn Hisch. p. ٥, 9 (ubi leg. حَفْنَ pro حَفْنَ, ut ibid. recte scribitur p. ١٢١, 7), et Al-Bekrī in v.,

ubi haec: حَفْن — قرية من كور مصر منها كانت مارية سُرِّيّة النبى صلعم أم ابنه ابرهيم ۞ Scripsi سُرِّيّة (in Cod. item سُرِيّة, et in locis laudd. Ibn Hisch.), monitum attendens Fl.i ad III, p. ٣١٩, 3, ubi etiam sic scrib. pro سَرِيّة, quo loco Freyt.um secutus eram in Lex. in v. سرى sic dicentem. Sensu vero *concubinae* a Lexicographis unice probatur *illa* forma سُرِّيّة, quam Freyt. etiam affert in v. سرّ. Qām. in eâdem v. (p. ٥٥. l. 11): والسُّرِّيّة بالضمّ الأَمَة التى بَوَّأْتَها بَيْتًا. In Catal. Sacyano in *Rel. de l'Ég.* p. 702 et seqq. et alibi ibid., حفن omittitur. — De promontorio حَفُونى, s., ut alii scribunt, خَفُونى, in بحر بربرا, parte maris Habessinici, vid. Rein. *Aboulf.* I, p. cccv et II, p. 206.

P. ٣١١ l. 3. Al-Bekrī in v.: الحَفْيَاء — على مثال عَلْيَاء وهو موضع قرب المدينة قد تقدّم تحديدُهُ فى رسم البقيع وروى مُلَيْكٌ عن نافع عن ابن عُمَرَ أنّ رسول الله صلعم سابق بين الخيل التى أُضْمِرت من الحفياء وكان أَمَدُها ثنيّةَ الوَداع وسابق بين الخيل التى لم تُضْمَرْ من الثنيّة الى مسجد بنى زريق وأنّ عبد الله بن عمر كان ممّن سابَقَ بها وبين الحفياء وثنية الوداع ستّةُ أميال ۞. — Quem Noster memorat عياض, idem esse videtur, atque is, quem Jāq. in Al-Mošt. p. ٩١ l. 2 nuncupat القاضى عياض, et simpliciter عياض, ٣١٥, 6, et ٤٣١, 4 a f., et in Indice p. ٤٧٥, عياض القاضى ابن موسى السبتى. De eo (+ 544) vid. Ibn Kallik. N. ٥٣٢, ubi appellatur: القاضى ابو الفضل عياض بن موسى — اليَحْصُبى السبتى. Infra ap. Nostr. etiam occurrit in v. روذس (I, p. ٤٨٩, 8 et 9), ubi vid. n. 8. Lobbo'l-Lob. pronunciat اليَحْصِبى.

P. ٣١١ l. 8. Ex 6 locis, quae Noster affert in dictis de حَفِير, in

Al-Mošt. 1mus, 2dus, 6tus, et 4tus, (ماء لغطفان) in v. حَفِير et حُفَيْر adducuntur. De حُفَيْر, ut in Al-Mošt., s. حَفِير, ut Noster pronunciat (loco Mekkam inter et Al-Medīnam), vid. item Al-Ja'qubī in Cod. Muchl. fol. 55 r. l. 7, ubi male scribitur الحفيرة. Nihil inveni ad dicta illustranda de حَفِير نهر بالاردن بالشام. Alius nempe locus designatur in عَيْن الحُفَيْرى, fonte in وادى والجَيْب in Al-'Arabâ, a meridie Maris mortui, apud Robins. *Pal.* III, 47 et 139, nec comparari potest cum oppido Issascharitarum, חֻפְרַיִם Jos. XIX, 19 (de quo conf. Reland. *Pal.* p. 705). Fortasse idem est noster حَفِير, qui حُفَيْر, pagus in Gūtâ Damascenâ, ap. v. Kremer *Mittelsyr. u. Dam.*, p. 181, quem Robins. etiam memorat in *N. B. F.* p. 584, ubi de fonte loquitur, ex quo rivulus nascitur. Locum is nuncupat *Hafeiyer* (حُفَيِّر). Locus 4tus حفير ماء لغطفان اوّل منزل من البصرة للحاجّ, vix idem esse potest atque locus 2us in Al-Mošt. in v. حُفَيْر, quem transit Noster, (addens tamen illum locum etiam dici حُفَيْر). De eo enim Al-M.: الحُفَيْر ماءة لباهلة بينها وبين البصرة [اربعة] اميال يبرز اليه الحاج من البصرة ☆. De 6° loco, حَفِير ماء لبنى الهُجَيْم, pro quo Al-M. male الهُجَيْم, conf. n. 1; locus nempe Qām. in v. هـ ج م (p. ١٧٠٨, 9) est: وبنو الهُجَيْم كزُبَيْر بَطْنٌ. — De loco حَفِير موضع معروف ap. Zam. p. ۴۴, 9, haec tradit Al-Bekrī: حَفِير — لا تدخله الالف واللام موضع معروف بالحيرة الخ. Tria loca Al-Mošt. memorat, quae Noster omisit: 1) حَفِير بئر بمكة, 2) حَفِير ماء لبنى سعد بالدهناء, 3) حَفِير زِيَاد بين الشام والعراق. De hoc 3° loco Al-Bekrī in v.: الحَفِير — على وزن فَعِيل هو حَفِير زِيَاد فى اقصى حدود البصرة. Ac jam sequuntur verba الفرزدق, quae in Al-M. exstant hoc discrimine,

quod Al-Bekrī, ut in notâ *l*, Al-Mošt.° appositâ, legit جاوزنا. Pergit deinde Al-Bekrī: وربّما سمّوه نقب زياد قال جُبَيْهاء الأَشْجَعيّ

(الطويل) تَرامى به نَقْبًا زياد كما ارتمَتْ
مَخارمُ ذى فَلْجٍ بأَوْرَقَ صادِرِ

Sic Cod. Leyd., ubi lege pro نَقْبًا زيادٍ, نَقْبَ. — De utroque حُفَيْر, ap. Nostr. conf. Al-Mošt. in v. De posteriore vid. Wüstenf. *Reg.*, p. 163 in v. *Farîr ben 'Onein*, et de priore sic Al-Bekrī in v.: الحُفَيْر — ماء لبنى العنبر على خمس مراحل من البصرة. Sequitur mox rursus versus الغزدق, speciei الطويل:

وكنت أُزَجّى الشُّكْرَ منه اذا اتَى
ذوا الشاء من اهل الحُفَيْر وداسِمِ

داسم موضع هناك ايضا. De الحَفير بالبلقاء vid. Abū'l-Fed. *Hist. anteisl.* p. 128, 11.

P. ٣١١ l. 14. *Quinque* loca a Nostro allata, dicta الحَفيرة in Al-Mošt. item describuntur. Tribus بنو مُوَجّن الضبابى, neque in Qām. neque a Wüst. in *Reg.* affertur, et in Al-Mošt. hoc loco tantum. De عَمود الحَفيرة Noster etiam loquitur II, p. ٣٨١ in f., et Zam. p. ٤٣, 10 et 11. — De الحَفيرتان, Qām. in v. p. ٥٠٣, 9: وحَفير وحَفيرة موضعان. — De حَفيرة الأَعَرّ, et خالد "ح, vid. item Zam. p. ٤٣, 3 et 4, ac de خالد "ح, Noster in v. شَطُون. — *Quatuor* loca ejusdem nominis Al-M. praeterea addit: 1) حَفيرة بنى نقب من مياه ابى بكر بن كلاب. Hi بنو نقب h. solo loco memorantur, et in Qām. desunt, ut etiam ap. Ibn Dor., et in Wüstenf. *Reg.*; 2) حَفيرة عُكْل باليمامة; 3) حَفيرة العُلْجان, de quâ etiam vid. Zam. p. ٤٢ in f. et seq. et n. *e*; 4) الحَفيرة السُّفْلى بنجد, quod fortasse idem est

atque حَفِير ap. Nostr. l. 10, quem locum Al-Mošt. ibi omittit. — Alius locus حصن حَفِيرَة, in Asiâ Minore, addatur ex dictis infra II, p. ٣٨٣, 11 in v. قباذق, ubi V. (vid. n. 8) habet حفرة.

P. ٣١١ in f. Al-Bekrī in v.: حِقاء — موضع مذكور فى رسم القهر هكذا ذكره ابو بكر بكسر اوله وورد فى شعر ابن احمر حقاء بضم اوله وثبتت به الرواية عن ابى على ما ذكرته فى رسم القهر ولم يذكره ابو علىّ فى الممدود ☆. In v. القهر haec: وقال ابن احمر (الكامل) حتّى الديار بسَيْل فالقَهْر، فحِماية فحُقاء فالوَجْر ☆; in quibus Metri causâ dicitur بسيل, pro بالسَّيْل, de quo haec ibid. in v. السَّيْل: على لفظ المصدر من سال يسيل — موضع مذكور فى رسم القهر ☆. De *monte* الحِقاب vid. Zam. p. ٥٠, 3 et 4 et n. *b*. Al-Bekrī in v.: الحِقاب بكسر اوله — موضع قد تقدّم ذكره فى رسم تيماء — وقال ابو على الحقاب جبل ☆. In Cod. Leyd. in v. تيماء de eo loco non fit sermo, nisi fortasse pro جفر الحقاق legatur جفر الحقاب (?).

P. ٣١٢ l. 1. De حِقال vid. Zam. p. ٥٠, 5, et Qām. ibi in n. *c*. *Hanc* formam etiam affert Al-Bekrī in v., iisdem verbis utens, quibus Zam. l. l. — De حقّ أمّ جعفر بمكّة, Al-Azraqī ٤٤٣, 3. Sequens حَقْلاء Qām. omittit, sed Tribum Himjaritarum hujus nominis memorat Lobbo'l-Lob., in v. الحقلاوى, et ad hanc vocem Ibno'l-Atīr, ut Noster, addit: وحقلا قرية بنواحى حلب; vid. *Suppl.* p. 73. Eadem verba exstant in Jāq. Petrop. et Oxon.; in Berol. vero tota vox حقلاء deëst. — Seq. حَقْل in Al-Mošt. describitur vocibus القواع والمزرعة, i. e. terra sine arboribus sed consita, quibuscum conff. dicta Al-Bekrīi infra ad v. الرُّخَامَى. — Quatuor priora loca a Nostro allata, in Al-M. etiam afferuntur; de 1° loco conf. روضة حَقْل لبنى سُلَيْم, ap.

Al-Mošt. ٢١٧, 2 a f., (ubi in f. versus l. وتَوْأَمَا); de 2°, de quo Noster plures sententias enumerat, Al-M.: قرية الى جنب ايلة على البحر. Cum his facit Lobbo'l-Lob.; Qām. in v. حقل (p. ١٤٢٦, 9 a f.): وحَقْلٌ ةٌ قُرْبَ أَيْلَةَ, a quo distinguit seq. حَقْلٌ ساحل تيماء, addens واسم ساحل تيماء. Hunc locum item memorat An-Nābolosī, p. 6. De 3° loco vid. Nost. in v. البياض, نَقِيل صَيْدٍ (ubi sermo est de حقل ذمار), et وادى بنا, coll. *Add.* ad h. l., et *Add.* ad بنا (I, p. ١٧٤, 14), I, 383. De خَوْلان et صعدة vid. in vocc.; de 4° loco Al-Mošt. pro لطَيِّئ habet, لبنى دَرْماء, qui h. l. tantum occurrunt, et de quibus vid. Wüstenf. *Reg.*, p. 150; de 5° loco حَقْل قرية باليمامة (ubi affertur وادى الخَرْج, de quo vid. infra in v.), conf. infra p. ٢٩٧ in f. et seq., et *Add.* ad h. l. (II, 189 l. 3). — De hoc loco Al-Mošt.: قال عَرّام يقال لوادى اارَةَ وهو جبلٌ حَقْلٌ, ad quem locum de اارة vidd. *Add.* I, p. 5 in f. et seq., 551, et II, 205, et de عَرّام بن الاصبغ, *Add.* ad I, p. ١٣٩, 5 (I, 292 in f.). — Al-Bekrī in v., fortasse de eodem loco Jemanensi, de quo apud Nostr. l. 5: حَقْل غَنَمَةَ موضع باليمن. Pro غَنَمَةَ l. عِنَمَةَ, ut apparet ex dictis Al-Bekrīi in lit. ع, ubi haec: حَقْلُ عِنَمَةَ بكسر اوله — باليمن معروف قال الهمدانى ينسب الى ابى عنمةَ ملك بن حلل بن يعفر بن عمرو من ولد سَبَإٍ الاصغر — هكذا ضبطه الهمدانى فى كتاب الاكليل عنمة بكسر العين ولا اعلم معناه فى اللغة المَعَدِّيّة واهل اليمن يقولون عَمِين اى سَهْل والعَمِينة الارض السهلة بلغة مقلوب منه ان يقال منه عينٌ وعنمٌ فاما عَنمة بفتح اوله فمعروف وهى ضربٌ من الثياب له نُورٌ احمر تشبه به الانامل اذا خضبت ثم ذكر الهمدانى فى انساب همدان حصن عَنم لخولان بفتح العين

ثقيدة دون هاء ☆. De الاكاليل ك vidd. *Add.* ad p. ٣٣٩, 2 (II, 14); de سبا الاصغر, supra in *Add.* II, 216. De الحقلين in terrâ Jemanensi loquitur etiam Al-Ja'qūbī in Cod. Mucnl. fol. 57 r. l. 5. — Ex Qām. deinde addendum: حقل الرخامى ج, et ex Indice Rutgersii ad *Hist. Jeman.*, castellum Jemanense, etiam حَقْل dictum, quod tamen fortasse idem est, quod Noster spectaverit in verbis وقيل الحقل من بلاد خولان.

P. ٣١٣ l. 8. Qām. in v. l. l.: والحِقْلة بالكسر ناحية باليمامة. Verbis فى تاريخ الخ, quae in V. desunt, sine dubio glossa continetur, sumta ex Libro Al-Ġanadii, de quo vid. *Introd.* p. VII et seq., ubi p. VIII l. 2, post بارت, addatur ergo »حلقة." De واقصة in v. الحَقْو vid. in v. (III, p. ٣٧٣ l. 2), ubi *primus* locus hîc in censum venit, coll. v. عقبة (II, p. ٣٦٥, 11 et 12), et القرعاء (II, p. ۴.., 4). Ad vocem ما h. l. (l. 10) Fl.: »Num forte ex compendio scripturae مع pro موضع ortum?" Credo equidem legendum esse ماء, ita ut mox suffixum in فيه referatur ad subintellectum موضع, qui in sequentibus describitur. In Cantabr. et Jāq. Petrop. et Oxon. (in Berol. vox الحقو deëst), ماء legitur perspicue. Omnino vero cum Fl. error typogr. corrigendus l. 11, et leg. غليظ, quod h. l. de aqua *turbida* adhibetur. — De الحُقُول Al-Bekrī in v.: بضم أوله كأنه جمع حَقْل موضع الخ. Ibi enim porro revocat ad v. الحُجْفول, (de quâ vid. supra), ibique affertur versus الراعى, in quo de الحجفول sermo est, sed de quo dicit: قال ابو حاتم ويروى من عصب الحقول قال ولعله موضع ليس بالمعروف فاحتمل الاختلاف ☆.

P. ٣١٣ l. 13. Pro حقين (quam lectionem proposui, ne ordo alphabeticus turbaretur, at dubitanter, quia nullibi id nomen memoratum videram) Fl., ordinem violatum ap. Nostrum hîc non curans (quia etiam alibi apud Nostr. interrumpitur) cum Codd. legit حقين, quâ voce designatur aqua, quae in puteo vel cisternâ retinetur et asservatur; quae notio igitur bene cum منهل quadrat. Conjecturam confirmat Jāq. Petrop. Berol. et Ox., ubi diserte: حقين بالنون. Tribus طُهَيَّة in Al-Mošt. non occurrit,

sed in Lobbo'l-Lob. in v. الطهوى, ubi vocatur بطن من تميم. Infra recurrit ap. Nost. in v. الزبّاء, زبيرتان et ماسط, et de eâ Tribu vid. Ibn Qot. p. ٣٧ l. 3 a f., et Wüstenf. *Reg.*, p. 455.

P. ٣١٢ l. 13. De tribus locis dictis حَقيل vid. Al-Moštt. in v., et de priore, loco بالـيـمـامـة, etiam p. 16, ubi affertur locus Zam., qui in Libro edito exstat p. ٤٤, 10 et 11, coll. n. *d.* Hunc locum fortasse spectat Ibn Dor. p. ٢٨٥, 10, ac de eo Al-Bekrī: حَقيل — ارض محدّدة فى رسم قُدْس الخ. In v. قُدْس haec leguntur: واسم وادى آرَة حَقيل, quod ergo non accurate convenit cum dictis Arrāmi modo allatis ad p. ٣١٧, l (p. 228, 13), ubi de monte حَقْل est sermo. Primum locum (حقيل) situm esse in Al-Jemāma, et ibi ex dictis Al-Bekrīi efficiendum, et ex inde quod Tribus عُكْل ibi habitare fertur. Haec enim, ut novimus ex v. حوانا et ساجر (ubi ejusdem est mentio), ibidem degebat. De eâ praeterea sermo est in v. أُشَيْقِر, حَزيز (p. ٣٠٢, l. 1), شمس, et القُصَيْبة, et in Wüstenf. *Reg.*, p. 351. De الحَلّة, quod Noster deinde memorat, vid. infra p. ٣١٥, l. 4 a f., et cum eo conff. dicta in v. أُضاخ.

P. ٣١٣ l. 4 a f. De Tribu عُبَيْد بن ثَعْلَبَة من تميم (in v. الحَكّامية), vid. Ibn Dor. p. ١٥١, 1 (de aliâ loquitur p. ٢٨٥, 11), et Wüstenf. *Reg.*, p. 342, 2 a f., ac Noster in v. معنق. Neuter eorum de gente *Hakkām*, hîc memoratâ, egit, et Qām. in v. حكم (p. ١٩٠٢ l. 2) eadem, quae Noster, tradit. — De حَكّان, Persiae loco, Lee *the Trav. of Ibn Bat.*, p. 224; de حَكَر أَقْبُغا بالقاهرة, Wüstenf. *Macr. G. d. Copten*, p. ٥١ l. 10 et p. 121, ٥٨, l. 10 et p. 135, in ed. Būl. II, p. ١١٩, 5 et seqq., ubi a p. ١١٤–١٢١ de aliis compluribus الاحكار fit sermo. — De الحُكْرة vid. Weyersii nota ad Lobbo'l-Lob. ad v. الحكرى; cum ejus dictis tamen conff. quae observavit Veth in *Suppl.*

p. 73 et seq. Ad illustrandam scriptionem (حِكْر), quam commendat As-Sojūtī, nihil inveni, nisi ponis, apud Aegyptios pro حَكَر usu receptam fuisse formam حِكْر, et multos Aegyptios a variis iis locis, dictis حكر, nuncupatos esse حكرى. Quia Codd. Leyd. 372 *a et b*, complectentes Al-Maqr, opus كتاب المواعظ والاعتبار, quod in dictâ ed. Būl. exstat, vocales (in I° saltem volumine) saepe enunciant, hos consului, sed nullam vocalem (in 372^b p. 373 et seqq.) animadverti. Frustra etiam adii utrumque Cod. Leyd., qui compendium exhibent Annalium Abū'l-Maḫasini, ut sub annis 749 et 802 inquirerem in viros doctos, quos Veth l. l. affert, sed hos non vidi ibid. memoratos.

P. ٣١٣ l. 2. De formâ عبد اللانْ in v. حكمان, in quâ olim mihi vestigia esse videbantur formae Syriacae ܢܝܐ, unde istud عبد اللانىّ (in notâ 1) ortum esset, meliora me docuit Fl. a. 1852 ad me scribens: »Certum (inquit) mihi videtur illud انْ' pro ىّ ex lingua persica antiquiore in dialectum illam linguae arabicae fines Persiae attingentem, fluxisse. Exempla ipsorum nominum arabicorum, per انْ' subjunctum in Patronymica mutatorum, in numis pehlevicis habemus; vide *die Pehlewî-Legenden auf den Münzen der letzten Sâsâniden* cet. von D. Justus Olshausen, Kopenh. 1843, p. 47 et 48, ubi عبيد اللهان, i. q. ابن عبيد الله, et p. 50 et 79, ubi زيادان, i. q. ابن زياد, in numis commemorantur, plane ut idem verbum زيادان in nostro libro p. ٥٢٤ l. 9 dicitur esse ناحية ونهر بالبصرة ينسب الى زياد الخ; (conf. etiam I, p. ٣٨٨ l. 1 et 2). Scriptura Codicum [O. legit ut L. et Cant. عبد التان] عبد اليان, pro عبد اللهان modo memorato, fortasse vera est, ita ut aut عَبْدَ ٱلَّتَانْ, *'Abdalla'ân*, aut عَبْدَ ٱلَّيَانْ, *'Abdallajân*, abjecta *h* radicali, scribendum dicendumque sit. Commendatur hoc formâ ejusdem nominis in numis pehlevico-arabicis, אפדולאאן, *Apdulaan* (similiter ab 'Ubeiddallah ibidem ducitur אוביטאלאאן *'Ubeitalaan*), de quibus mox edetur commentarius v. d. Mordtmann." Editus est a. 1854 in *Z. d. d. m. G.* vol. VIII, p. 194, et in eo vid. de nomine אפדולאאן,

p. 165, 166, 170, 171 (bis), ac de אוביטאלאאן, p. 163, aliaque ejus rei exempla in זייאטאן (*Zījātān*), i. e. ابن زياد, ibid. p. 154 et 157; זופיראן (*Zūfīrān*), i. e. ابن زبير, p. 160, 165, 169; הזמאן (*Hāzemān*), i. e. ابن حازم, p. 161; אבו גופראאן (*Abu Ǵofraan*), i. e. ابن ابى صفرة, p. 166; מרואנאן (*Merwānān*), i. e. ابن مروان, p. 167, et מהלפאן (*Mahalepān*) i. e. ابن مهلب, p. 170. Cum his etiam conff. infra dicta de داوُدان (I, ٣٨٨, 1). — De الحَكَم بن ابى العاص بن أُمَيّة, patre τοῦ مروان بن الحَكَم, vid. Ibn Qoẗ. p. ٣٥, 2 a f., et ١٧٩, 11, et de الحَكَم بن سعد العَشيرة, qui nomen dedit regioni حَكَم Jemanensi, Noster infra in v. السقيفتان et فرسان, Ibn Qoẗ. p. ٥٢, 12, et Wüstenf. *Reg.* de utroque p. 197. — De الحَكَميّة, Kurdorum Tribu, Quatrem. *N. et E.* XIII, 317 et 327.

P. ٣١٣ l. 5. De حُلاحِل vid. in v. جُلاجِل; — de حُلَامُون (?) (Holamun), regione Kurdisẗān*is*, Layard *Niniveh* I, p. 121. Pro الحلاوة l. 9, ut Codd. scribunt, et ordo Alphabeti postulat, Fl. secundum ipsius Scriptoris descriptionem, et Qām. in v. حلأ, scribendum esse monet الحلاءة, et pro تنتفع, »quod legendum esset تَنْتَفِعُ, scil. المدينة, commodius judicat ينتفع, i. e. يُنْتَفَعُ, ut p. ٣١٤ l. antepenult." De hocce الحِلاءة, s. الحَلاءة, vid. Zam. p. ٥٠ in f. et ٥١, 1. Sic Al-Bekrī in v.: الحلاة (l. الحِلآءة) بكسر اوله والمد على وزن فُعالة (l. فِعالة) موضع بالشراة (l. بالسراة) قال صَخْر الغَىّ (الطويل) كانّى اراهُ بالحِلاءة شاتيًا الخ. De Poëtâ صخر الغى vid. Zam. p. ٩٩ in n. *c*, et infra in v. عمران, et n. 9. — Qām. in v. (p. ١٤, 11): والحَلاءةُ كسحابة الارض الكثيرة الشَّجَرِ وع ويُكْسَرُ, et mox: وبالكسر واحدةُ الحِلاء الجبال قُرْبَ مِيطانَ تُنْحَتُ منها الأَرْحِيَةُ وتُحْمَلُ الى المدينة. De ميطان vid. infra in v. — De حَلاوة, pago trans

Jord. in prov. Aglūnensi, Dieterici *Reisebild.* II, p. 312, Robins. *Pal.* III, p. 920, et *N. B. F.*, p. 417; de الحَلاويّة, Ecclesiâ Christ. Ḫalebi, 'Ibno's-Šiḫna in Hist. Haleb. (v. Kremer *Sitz.-ber.* 1850 Apr.-Mai p. 244 et 307); de مدرسة الحلاوية ibid. l. l.

P. ٣١٣ l. 13. Ad ذات in v. الحلائق, Fl.: »Ceteri (inquit) autores hunc locum non ذات العشيرة, sed ذو العشيرة appellant. Conf. etiam infra p. ٣٧٩, 1," et II, p. ٢٩. l. 10 et 11. Sed utrumque, ut in aliis nonnullis ejusmodi nominibus, usitatum fuisse videtur; vid. v.c. infra inv. الرَّمْد, et *Add.* ad ذات العُشَيْرة. De حَلْبَا, pago, qui uno tenore commemoratur cum عَكّار, castello Libani, vid. Quatrem. *H. des Sult. Maml.* II, 1, p. 180 l. 11, et p. 225, 'Abū'l-Fed. *Ann. Musl.* V, p. 16 l. 5 a f., et Robins. *N. B. F.* p. 754.

P. ٣١٣ l. 14. Qām. in v. حلب (p. ٧١, 4): وحَلَبانُ محركةً ة باليمن وماءٌ لبَنِى قُشَيْرٍ. 'Al-Bekrī in v.: حلبان بضم اوله وثانيه — مدينة باليمن فى سافلة حَضُور — وقال الهمدانى — حُلُبان من ارض الأُخْرُوج بين حضور وعدّان. De الاخروج vid. supra ad v. الاخروت, et de حضور in v.

P. ٣١٤ l. 1 pro وينصبّ in v. حلب, cum Fl. l. وينضب, coll. I, p. ٢٧١, 1. De urbe حلب, dictâ etiam البيضاء (*Add.* I, 432), vid. Noster, hanc urbem bene cognitam habens, in v. الاحصّ, اشمونيث, الجَبُّول (ubi de ملّاحة حلب fit sermo), et دُورِكى, 'Al-'Içtakrī in Arn. *Chr. Ar.*, p. 98, 3, 'Al-Mošt. in v., 'Ibn Ǵob. p. ٢٥٢, 'Al-Qazw. II, p. ١٢٢, 'Abū'l-Fed. (Geogr.), p. ٢٩٩ et seq., 'Ibno's-Šiḫna ap. v. Kremer *Sitz.-ber.* 1850 Apr.-Mai, p. 203 et seqq., [ubi agitur de *moenibus*, *portis*, *turribus*, *palatiis*, *fossis*, *castello*, *templis*, *scholis* (p. 114, 243, 304 et seqq.), de *aquâ salsâ* (de quâ etiam vid. in v. حَيْلان), et de urbe a° 351 a Nicephoro captâ (p. 219), de quibus breviter exposuit Zenker in *Z. d. d. m. G.* V, p. 109]; porro vid. 'Ibn Bat. I, p. 146

et seqq., Al-Maqq. I, ١٣٨, 5 a f. (ubi scribitur in Acc. حلبًا), Anonym. ad calcem Cod.is Arab.i اخبار الصين والهند (in Rein. *Rel. des voy.* II, p. ١٣٩ et seqq.), Golius ad *Alferg.*, p. 270 et seqq., Assem. *Bibl. Or.* II, in Diss. de Monoph. fol. *k*, 4 et III, 2 in Diss. de Nestor., p. dccxvi, v. Hammer *Sitz.-ber.* 1849, Juli p. 73, et v. Kremer de finibus ditionis Ḥaleb. in *Beitr. z. Geogr. d. N. Syr.* p. 12 et seqq., ac de *Bibliothecis* ibi a° 1849 superstitibus, idem in *Sitz.-ber.* 1850, Apr.-Mai, p. 204 et seqq. — De urbe, sub Romanorum imperio dictâ *Beroea* vid. Chwols. *die Ssab.* I, p. 453 et 455, de urbe a. 334 ab اخشيد captâ, Freyt. in *Z. d. d. m. G.* XI, p. 182, coll. Abū'l-Maḥ. II, p. ٣٧٥; de gravi incendio a.i 575, Defrémery *J. A.* 1855 Janv. p. 24; de urbe a° 658 ab Hūlāgūo captâ, Al-Maqr. in Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* I, 1, p. 90, et de urbe a. 690 (1291) rursus munitâ et ornatâ a Qelāūno, Al-Maqr. ibid. II, 1, p. 139. De قُوَيْق denique, fluvio Ḥalebi vid. infra in v., et de مَقام ابراهيم, a quo una ex portis Haleb. olim nuncupata erat باب المقام, Abū'l-Fed. p. ٣٩٧, Ibno's-Śiḥna l. l. (*Sitz.-ber.* 1850, p. 225), Ibn Bat. l. l. p. 148 et seqq., et verbo ap. Lee (*the Trav. of I. B.*), p. 25. De حمص بن عمليق, etiam fit mentio infra in v. حمص p. ٣٢. l. 10, ubi vocatur حمص بن مكيف العمليقى, in Al-Mošt. vero p. ١٣٥ l. 6 a f., حمص بن المهر, sive ut in notâ ibid., المهرى من العمالقة. Pro مكيب, Cod. Ox. scribit مكنف. Jāqūt in معجم البلدان, ut in Jāq. Ox. legitur, coll.is Golii, eo utentis Codice (olim Leyd., nunc Oxon.), dictis (ad *Alferg.* p. 127) scripsisse videtur: حمص بن المهر بن حان بن مكيف. — Praeter hanc urbem, Al-Mošt. et Qām. in v. (p. v., 3 a f.), tria alia loca memorant, dicta حَلَب: 1) كفر حَلَب, pagum in dit. Ḥaleb., 2) حَلَبُ محلّة فى ظاهر القاهرة, 3) حَلَبُ الساجور, etiam in ditione Ḥaleb. Postremus locus non diversus esse videtur ab الساجور, de quo Noster infra in v.: اسم نهر بمنبج وساجور موضع. De fluvio eo vid. etiam Noster in v. بقعاء, (I, p. ١٩٩, 4 et 5), et Al-Mošt. p. ٩٣, 10, v. Kremer *Beitr. z. G. d. N.*

Syr. p. 16, et Freyt. *Z. d. d. m. G.* XI, 232, ac de urbe ejusdem nominis, Al-Maqr. in Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* I, 2, p. 76. — De حَلْبون (חֶלְבּוֹן Ezech. XXVII, 18, a quo وادى حلبون nomen habet), pago prope Damasc., egregio vino nobilitato, v. Kremer *Mittelsyr. u. Dam.*, p. 184, Robins. *Z. d. d. m. G.* VII, p. 69, et *N. Bibl. Forsch.* p. 613 et seq., Wetzstein in *Z. d. d. m. G.* XI, p. 489 et seqq., et v. de Velde *Memoir*, p. 320 in v. *Helbon.*

P. ٣١٣ l. 4. Legatur حُلْبَة, ut Qām. docet l. l. (p. ٨١, 1 et 2): حَلْبَة — وبالضم — حصن باليمن. De hoc cast. vid. supra in v. بُرَع. De 2bus locis hîc memoratis, dictis الحَلْبَة, conf. etiam Al-Mošt., ubi Jāqūt de falsâ scriptione الحلبة (pro الحَلْبَة), si de الوادى بتهامة sermo est, pluribus loquitur, Qām. tamen vocibus »الحَلْبَة — واد بتهامة" errorem repetit. De الحَلْبَة, vico Bagdād., conf. infra in v. قطيعة العجم et الحلبة منظرة. De حَلْبَة Libani non procul a Tripoli, vid. Robins. *N. B. F.* p. 754, et de الحَلْبَة, palatio Saifo'*d*-daul*a*e, Halebi, Freyt. *Z. d. d. m. G.* XI, p. 185 et 203; non videtur diversum ab ejusdem palatio, dicto الدارات, quod hoc nomine memoratur ab Abū'l-Fed. *Ann. Musl.* II, p. 476, 10. — De الحَلَبِيَّة, Scholâ Damascenâ, *Z. d. d. m. G.* VIII, 358. — Seetzen I, p. 332 pagum non procul a Damasco affert, dictum حَلْتَا (Halta). Idem videtur atque locus, quem Noster deinde affert pleno nomine حَلْفَبَلْتَا, sive, ut Jāq. Petrop., حلفبتا (حَلْقَبَتَّا?). His verbis is locus ibi describitur: من قرى دمشق بالقرب منها قبر كثار احد الصحابة وهو ابن الحصين وقيل مات بالمدينة. In Jāq. Ox. et Berol., ubi eadem leguntur, scribitur post الصحابة: وهو ابن مَرْثَد بن الحُصين الخ. Pro ابن مرثد ibi leg. ابو مرثد. Abū Hisch. enim p. ٣٢٢, 3, eum nuncupat ابو مَرْثَد كَنَّاز بن حِصْن,

et p. ٤٨٦, 4 et 5: كَنّاز بن حُصَيْن ابو مَرْثَد. Pro حَلْقَبلتا, ut Oxon., Berol. male habet حلقبلتا.

P. ٣١٤ l. 8. Zam. p. ٥., 1 loquitur de حَلْحَل موضع, et sic Qām. p. ١٤٢٨ l. 11. Al-Bekrī in v. tantum: حَلْحَلٌ ذكره ابن دريد. — De جبل حَلْحَلَة المشرف على ذى طَوَى, Al-Azraqī, ١٥٥, 16; de حَلْحُول vid. Lobbo'l-Lob. in v. (eadem, quae Noster de situ pagi addens), coll. *Suppl.* p. 74, et *An*-Nābolosī *Sitz.-ber.* 1850 Oct. p. 849, ubi nomen pronunciatur حُلْحُول; Qām. l. l.: وحَلْحُول آ قُرْبَ جَبْرُون بها قبر يُونَس عم; quibus verbis collatis cum dictis Nostri h. l. et in v. جبرون (ubi loquitur de جبرون قرية فى ارض كنعان), apparet locum spectari Hierosolyma inter et Hebronem (حَبْرُون), ubi p. ٢٨٤, 9, 'Ibrāhīm*i* sepulcrum ponitur. Ac reverà in nominum Catalogo Smith*iano* apud Robins. *Pal.* III, p. 863 in ditione Hebronis memoratur حَلْحُول. Idem ergo h. l. intelligitur locus, qui inter Tribûs Judaicae urbes recensetur Jos. XV, 58 nomine חַלְחוּל, de quo loco vid. item Reland*i* *Pal.* p. 703, v. de Velde *Memoir* p. 317 in v. *Halhul*, et Seetz. II, 46, coll. Ann. IV, 263, ubi cum vicino בֵּית צוּר, ut in loco laud. Libri Josuae, jungitur, et de Jonae sepulcro item agitur. Tres nempe de Jonae sepulcro traditiones feruntur: *prima* est, quae istud ponit in hoc pago, quam traditionem Moslimi sine dubio a Christianis mutuati sunt. In Libello enim, qui Graece circumfertur, *de vitâ et morte Prophetarum*, ed. Hamaker*i* (in hujus *Comment.* de eo Libro Amst. 1833, p. 169 et seq.), Jona sepultus esse dicitur ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ Κενεζέου τοῦ χριτοῦ, quo, ut vir summus docet p. 180, spectatur Othniel, pater Calebi, ab avo suo cognominatus הַקְּנִזִּי (Num. XXXII, 12 et Jos. XIV, 6 et 14). Hanc traditionem item reperis in فتوح مصر, p. 3 l. 11 (ad quem locum vid. Hamak. in Ann. p. 7), et in تاريخ القدس والخليل, Auctore Al-'Olaimīo (+ 927), cujus verba ibid. exstant. — Altera traditio Jonae sepulcrum collocat, sive in loco كَفْرُ كَنّا, ut Noster in h. v., ubi de مَقام يونس ibid. (s. sacello J.) loquitur; s. in ejus pagi

viciniâ, in loco dicto المَشْهَد, quod nomen in C. de Bruynii Itinerario (ap. Hamak. l. l. p. 7) in *Misdesh*, et in Indice Robins. (*Pal.* III, p. 1035) in المشحد corrumpitur. De eo loco vid. Robins. III, p. 449 et seq. et 461, et *N. B. F.* p. 140 n. 1. *Tertia* traditio *Niniven* designat, ubi (in ditione nempe Mozulensi) nomen ejus in primis celebratur; vid. ap. Nostrum in v. دير يونس et نينوى. De fatis Jonae sec. Mosl. traditionem vid. Abū'l-Fed. *Hist. anteislam.* p. 52, 19 et seqq., ac de ejus *sepulcro* etiam Rabbi Petachja in *N. I. A.* VIII, p. 394 et 408 et seq. — De عين حَلَزُون, s. عين يوسف, in arce Qāhirensi, egit An-Nābolosī in *Sitz.-ber.* 1850 Dec., p. 838; de قرية حلزة in Hisp., Al-Bay. II, ٥٥, 14; de وادى حَلْفَا 1) in Nubiâ, J. W. v. Müller in *Sitz.-ber.* 1849 Apr., p. 329, et Lepsius *Br. a. Aeg.*, p. 260; 2) in Pal. a meridie Hebronis occidentem versus, Rosen, in *Z. d. d. m. G.* XI, p. 55, ubi etiam (XII, 499) sermo est de سهل الحَلْفا. De حَلْفِين, loco inter Palaestinam et Aegyptum, ubi a. 615 mortuus est Al-Malik al-Adil, vid. v. Kremer, *Mittelsyr. u. Dam.*, p. 72; de monte حَلْق واجد, in campo ك" الاستبصار, متيجة, p. ٢٣, 3, qui mons etiam vocatur باب الغرب; de وادى حَلْق prope Carthag. Afr., At-Tīgānī in *I. A.* 1853 Avril-Mai, p. 394, 405, 410. Apud Qotb. p. ٣٦٥, 3 a f. et ٣٦٩, 4 a f., ٣٧٠, 9 et 10, ٣٧٥, 11 et seqq., ٣٧٩, 12 et seqq., ٣٧٨, 5 et seqq., ٣٧٩, in f., et ٣٨٠, 13 et seqq., vocatur حَلْق الواد, deinde dicitur *locus* prope تونس, et p. ٣٧٥, 9, جزيرة. — De الحَلْقة (ap. Veteres *Chalcis*), tractu provinciae Haleb., v. Kremer *Beitr. z. G. d. N. Syr.*, p. 14 et 18 (coll. *Add.* II, 210); de حَلَقُوم infra in v. لُبْن. — Al-Bekrī in v.: حَلَمْلَمُ بلد باليمن نزله حَلَمْلَمُ بن الهُمَيْسِع بن حِمْيَرَ فسمّى به ✿.

P. ٣١٤ l. 13. De tribus locis حُلْوانُ, h. l. memoratis, vid. Al-Mošt. in v., et de حلوان العراق, Syrorum ܟܠܘܢ s. ܚܠܘܢ, Assem. *Bibl. Or.* III, 2 in Diss. de Nestor. p. dccxxxi et dccliii, Noster in v. خانقين,

د" القصير , دير الغادر, Al-Mas'ūdī apud Dorn *Muh. Quellen* IV, p. ٥٥, 5 a f., et ٥٠٢, 3, Ibn Ḫauq. in Diss. Uylenbr. in textu Ar. p. 4 l. 1 et 2 (fol. *L* 4 v.) et p. 6 l. 12 et seqq. (fol. *M* v.), Abū'l-Fed. ٧٠, ١٠٤ (Rein. p. 91 et 140) et ٣٠٩ et seq., Ibn Kallik. N. ٢٠٧, Al-Qazw. II, p. ٢٣٩, Zam. p. ٥٠ l. 1-3, Golius ad *Alferg.*, p. 223 et seqq., de Sacy *Chr. Ar.* I, p. 330 et seq., Quatrem. *Mém*s. *Geograph. sur la Babylonie anc. et mod.*, p. 8 et seqq., ac de terrae motu a[i] 346 Abū'l-Maḫ. II, ٣٤٤, 14, et de montibus التين والزيتون prope eam urbem, Noster infra p. ٢٢٣ in v. — Al-Bekrī in v.: حُلْوانُ — قال الجرجانى سمّيت بذلك لانّ معناه حافظ حدّ السهل لانّ حلوان اوّل العراق وآخر حدّ الجبل وقال محمد بن سهل سمّيت بحُلْوَانَ بن عِمْرَانَ بن الحافِ بن قضاعةَ والاول هو الصحيح ✿. Qām. p. ١٨٩٩ l. 5 eadem nomina propria citans, addit post قضاعة: من ذُرِّيَّتِهِ صحابيّون وهو بانى حُلْوانَ. Eum etiam memorat Wüstenf. *Reg.*, p. 234 (ubi pro *Holmân* l. *Holwân*), et Ibn Dor. p. ٣١٣ l. 3 a f. — ٣١٤ l. 5. De proverbio: أَطْوَلُ صُحْبَةً مِنْ نَخْلَتَىْ حُلْوانَ, vid. Freyt. *Ar. Prov.* II, p. 46-48, n. ٩٢, et v. Hammer in *Z. d. d. m. G.* IX, p. 376. — De حلوان مصر vid. Abū'l-Fed. p. ١٠٤ (Rein. p. 140), Ibn Kallik. N. ٧٥٢ (ed. Wüstenf. p. ١٤ l. 7 et sub fin.), Al-Maqr. ed. Būl. I, p. ٢٠٩, Abū'l-Maḫ. I, p. ٩٣٤, 4 a f., An-Nowairī ap. Quatrem. *Mém.*s *sur l'Ég.*, I, 25 et seq., et *H. d. Sult. Maml.* I, 2, p. 58 in n., de Sacy *Rel. de l'Ég.* p. 679, N. 42, Brugsch. *Reiseber. a. Aeg.*, p. 82 et 345, et vidd. dicta infra in *Add.* ad v. خُبَيْب, ac Nost. in v. دير طَمْوَيْه (sic ibi leg.). — De حَلُوسِيَة, pago in Principatu Tyri, Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* II, 1, p. 174 l. 7 et p. 217; de نهر حَلُون prope جَيّان, Jaubert *Geogr. d'Edrisi* II, p. 51.

P. ٣١٥ l. 1. De 4 locis dictis حُلْوَة vid. Al-Mošt. in v.; de 1) etiam Zam. p. ٤١ in f. Pro نعامَة legendum esse نَعامة, supra in *Add.* ad p. ١٨٥, 3 a f. (I, 418), jam monitum est; 2) بئر حُلْوَة, reliquis omis-

sis, in Qām. tantum memoratur; 3) in dictis de عين حلوة pro السنار hîc et in Al-Mošt. legendum esse videtur السّتارة, coll. Nostro in v. أقال (I, p. ٣٣, 2), et in v. الستارة, atque Al-Içṭakrī in Arn. *Chr. Ar.* p. 85, 12; de 4°, urbe Aegypti vid. As-Sojūṭī in Arn. l. l., p. 141, 13, ubi, ut in *Gloss.* item observatur, pro الحَلْوة l. الحُلْوة. In Al-Mošt. praeterea p. ١٤٣ l. 4, l. العَبّاسية, de quo loco etiam vid. infra in v. — Al-Bekrī in v.: الحَلْوَى قال الهمدانى الحلوى من بلد سفين ابن أرحب من همدان وهناك عدا بنو الأصبَّد بن سليمن على عمرو بن معدى كرب واخذوا فرسه ولامته فقال عمرو الخ; de quibus vid. Wüstenf. *Reg.*, p. 424, ubi verba 'Amri (M. البسيط) arabice et germ. exstant. — De طريق الحَلْوية, prope Tadmor, vid. Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* II, 1, p. 256.

P. ٣١٥ l. 4. De حلّة بنى مزيد vid. supra in v. بملاحة, بنورا (et *Add.* I, p. 394), الجامعين, الحُوَيْزة (et *Add.* ad h. l.), الصروات, صيفون (II, p. ١٥٥, 5) et مزيد, Al-Mošt. in v., Abū'l-Fed. p. ٢٩٨ et seq., Ibn Kallik. N. ٣٠١, Ibn Bat. II, p. 96 et seqq., 454, et IV, 313. De formâ مَزْيَد vidd. dicta ad I, p. ١٣٧, 11 (I, 316), ubi etiam locuti sumus de صَدَقَة بن منصور بن دُبَيْس بن على بن مزيد الاسدى, in cujus nomine Noster omittit بن دبيس, Al-Mošt. vero, بن منصور. De loco الدُّور et tractu النيل l. 8, vid. infra I, p. ٤١٣ l. 3 a f., et III, p. ٣٩. l. 2 et seqq. » Sub nomine حلّة (inquit Fl.) Kâm. turc. tradit, urbem illam a Seifeddaula Ṣadaka conditam aut ad majorem cultum evectam nunc usitate المزيديّة appellari, scil. ab ejus atavo مزيد et a communi denominatione posterorum ejus بنو مزيد." De صدقة الأسدى, conditore الحلّة, vid. item Ḥarīri ex ed. Rein. et Derenbourg II, Introd., p. 7, coll. p. 26 et seq., et 50. — Qām. Calcut. in v.

وجاوان قبيلة من الاكراد سكنوا الحلة المزيدية منهم : الحجون الفقيه محمد بن على الجاوانى. — De seq. الحلة l. 14 etiam vid. Al-Mošt. et Wüstenf. in Ann. p. 16, observans pro بنى قيلة, ut ibid., Abū'l-Fedam, p. ۴۹۹ in v. الحلة, male scripsisse, ut Jāq. in Al-Mošt., بنى قُبْلَة, ac verisimile esse hîc intelligi قَيْلة أُمّ الأوس والخزرج, de quâ loquitur Ibn Kallik. N. ۷۸۳, et Qām. p. ۱۵۳۴ l. 11; in *hoc* vero Libro p. ۱۴۲v, 4 legi: وحلّة بن قَيْلَة من اعمال المدار. Istud بن ibi improbat, et in بنى mutandum esse censet, ac sic etiam omnes Codd. nostri tum L. et V., tum etiam Cant. et Ox. (ubi بنى قيلة). Fl. vero collato Qām.° turcico, »legitime (inquit) Kâm. turc. habet حلة ابن قيلة." De modo allato المدار vid. Noster in v., et Al-Mošt. h. l. p. ۱۴۳, 13. — De 3ª, حلّة بنى دُبَيْس vid. Nost. in v. بريسيا et الحويزة, Al-Mošt. et Abū'l-Fed. p. ۴۹۹, ubi بنى, quod in M. exstat, omittitur. — *Quartam* addit Al-Mošt., et ex eo Abū'l-Fed. l. l., حلة بنى المراق; *quintam* Az-Tibrīzī ad Ḥamas. p. ۲۷۴: والحلّة موضع فى بلاد بنى ضبّة وقالوا الحلّة حَزْن ببلاد ضبّة. De *hoc* loco vid. in carm. ibi allato, Zam. p. ۱۲v, 1 et 2, Qām. p. ۱۴۲v, 1, 11, Wüstenf. *Reg.*, p. 152 in v. *Dhabba ben Odd*; de hoc loco Al-Bekrī in v.: الحلّة بفتح اوّله — وهو موضع حَزْن وصخور متصل برمل فى بلاد بنى ضبّة الخ. De eo etiam loquitur in v. فلج, et versum mox affert, qui exstat in Zam. l. l. Deinde pergit: والحلّة موضع آخر بالشام مذكور فى رسم الشراة. — Hanc, aut *sextam*, affert v. Kremer *Mittelsyr.*, p. 192, حلّة in viâ Damasco Tadmorem versus; *septimam*, Brugsch *Reiseber. a. Aeg.* p. 214, الحلّة (el-helleh), olim *Lontra-Laton*, in prov. Aegypti قُوص, quae deëst in Catal. Sacyano.

P. ٣١٥ l. 17. De utrâque الحَلّة vid. Al-Mošt. in v., ac de priore Nost. in v. بزع, حقيل et السراة; de alterâ, Ibn Ǧob. p. ٣١٢ et seq.; de حَلّة سليمان, pago Sennāris, Lepsius *Br. a. Aeg.*, p. 194; de حَلّة النصرانى, a meridie Hebronis occidentem versus, Rosen *Z. d. d. m. G.* XI, p. 54; de راس حَلّة ابى مَجْنُون, in eodem tractu, ibid. p. 56. — Al-Bekrī in v.: حُلَيّات جمع حلية مصغرة وهو موضع مذكور فى رسم المُغَمّس. In v. المغمس laudatur sequens versus Ibn Abī Rabī'ae (M. الطويل):

الم تسأل الاطلال والمُتربّعا ببطن حُلَيّات دوارس بَلْقَعا.

De حلّيت vid. de Slane in *Diw. d'Amrolkais*, p. ٣٩, 14, et p. 45. Qām. in v. (p. ١٧٨ in f., et ١٧٩, 1): وكسكّيت ع بنجد — وكزبّير ع ببلاد جُهَيْنَة. Al-Bekrī in v.: حِلّيت — موضع فى ديار بنى عامر وقد حدّدتُه فى رسم ضريّة — وذكر السكونى هناك انه جبل الخ. Porro tradit, pro حلّيت interdum scribi حُلَيْت, جِلّيت et حليب. — Zam. p. ٤٢, 2 a f. tantum loquitur de حليت معدن.

P. ٣١٩ l. 2. De Tribu الحُلَيْس من بَجيلة (in v. الحُلَيْسيّة), vid. etiam in v. عرى (II, p. ٣٥٤ l. 11), et in v. محضوراء (III, p. ٥٥ l. 10, ubi, ut in Codd., l. الحليس). — De الحُلَيْف vid. in v. صماخ, et Al-Bekrī in v. الحُلَيْف et حُلَيْف (sic). In priore etiam memorat ذو الحُلَيْف, obvium in carmine الشّمّاخ, de quo dicit: فلا اعلم ابى الموضعين اراد. De nomine الحليف apud eum sermo etiam est in v. سويقة, ubi in carmine دريد بن الصمّة verba occurrunt: فاجزع الحليف الى واسط الخ, et in v. ذبيانة, ubi vidd. *Add.*

P. ٣١٩ l. 4. De utrâque ذو الحليفة vid. Al-Mošt. in v., ubi, ut in n. 2 monui, pro جادة l. حادة, de quo loco vidd. *Add.* ad h. l. (II, 142).

De priore conff. *Add.* ad البَيْداء (I, 425), Noster in v. البَيْداء, الجَبيش, حَفير, et المُعَرَّس, Ibn Hisch. I, p. ٣٣٣, 9 et ٧٥٣, 7 et seqq., Al-Ja'qūbī in Cod. Muchl. fol. 55 r. l. 6 et seqq., Abū'l-Fed. p. ٨٠, 2 (Rein. p. 105), Zam., ٢٤, 11, Al-Mošt. p. ٥٩, 5, ١٤٠, 15, ٣١٥, 4, Abū'l-Mah. I, p. ٢٣٩, 7 (ubi sic lege, vid. Fl. II, p. 31), An-Nābolosī, p. 28, Ibn Bat. I, 294. — Al-Bekrī in v.: ذو الحليفة تصغير حَلِفَة وهي ماءة بين بني جُشَم بن بكر من هوازن وبين بني خفاجة العقيليين الخ.

P. ٣١٩ l. 6. De loco مَدْفَع الملحاء (in v. الحُلَيْقة) vid. infra in v. الملحاء; de أرض الحليقيين بالاندلس, Al-Bay. II, ١٠٠, 9; de ذو الحُلَيْل, in v. اكمة, et Al-Mošt. p. ٢٩, 2 a f., ubi etiam vocatur ذو الجَليل, quod porro ibi recurrit p. ٣٩١, 12; de بَطْن فلج vid. in v. حليمات, et infra II, p. ٣٩١, 5; de حليمات, Zam. p. ٤٥, 6 et 7, et de *posteriore* loco p. ٥٠, 6 et 7. De عَيْن أُباغ, in v. حَليمة, vid. in v. اباغ et *Add.* ad h. l. (I, 12), et Abū'l-Fed. *Hist. anteisl.* p. 144 l. 9. — Errorem, quem Jāqūt emendat, quo حَليمة non de *muliere*, sed de *loco* sumitur, etiam commisit praeter alios infra in dictis Al-Bekrī allatos, Zam. p. ٤٥, 2. Intelligitur enim حَليمَة بنت الحرث الأعرَج; (vid. Ibn Qot. p. ٣١٥, 3), et proelium spectatur a. p. C. n. 562 commissum inter dictum Gassānidarum regem et المنذر بن ماء السماء, regem Hirensem (III^um^ ejus nominis, ab a. 513-562 regnantem). De h. proelio praeter Ibn Qot. l. l., vid. Abū'l-Fed. *Hist. anteisl.* p. 144 l. 7 et seqq. (qui distinguit proelia dicta يوم عين اباغ, et يوم مرج حليمة), Reiske (male pronuncians *Holaima*) in *Hist. regn. Arab.* ed. Wüst., p. 47, 49, 85, 200, et Caussin *Essai* II, p. 113, 114 et 238. De proverbio: ما يوم حليمة بسر, conf. Freyt. *Ar. Prov.* II, p. 611, coll. I, p. 693.

tradens: موضع تلقاء عَرْعَرَ الخ. Deinde affert hos versus ابو زُبَيْدٍ, M. الطويل:

اذا ما رأوا دونى الوَلِيدَ كانّما ، يَرونَ بوادى ذى حَماسٍ مُزَعْفَرَا
تناذره السُّفّارُ فاجتنبوا له ، منارٌ له من ذى حَماسٍ مُزَعْفَرَا

فدلّ قوله انّ ذا حماسٍ مأسدةٌ ✿. — Adducitur ابو زبيد etiam ab Ȧt-Ṫibrizīo ad *Hamas.* p. ٢٣٩, 5 et seqq.; Ibn Dor. p. ٢٣١, 7 dicit, eum vocari حَرْمَلَة بن المُنْذِر. Poëta erat ex Tribu طيئ oriundus, Christianus, aequalis Prophetae; de eo vid. v. Hammer *Liter.-gesch. d. Ar.* I, p. 529, eum male nuncupans ابو زيد. — Notio *loci asperi*, quae in v. حِماش, huic formae tribuitur, vel potius τῷ حَمْش, quod hîc post vocem جمع inseratur, in Qām. non memoratur.

P. ٣١٧ l. 8. Ȧl-Bekrī in v.: حَمَاطان موضع ذكره ابو بكر ولم يحدّده ✿; et deinde idem: ذو حَمَاط — ماء بِصَدَدِ اللّيث — قال الهمدانى الحماطةُ بالهاء من ديار ابى بكر الخ. In v. اللّيث haec tradit: وبصدد الليث ماء يقال له ذو حَماط وكان فيه لبنى قُرَيْم يوم على بنى فهم رهط تابّط شرًّا الخ. De بنو قُرَيْم vid. Ȧl-Mošt. p. ٣٢١, 12, et Ȧl-Bekrī in *Add.* ad حتن (II, 158), ac Noster in v. مرختان (III, p. ٧٧, 5 et 6), et de Tribu Jemanensi زُبَيْد ابن الحارث, Wüstenf. *Reg.*, p. 474, et Noster in v. حَماك, الخَصَّاصة (I, p. ٣٥٩, 7), سازة (II, p. ٣, l. 6 et 7), عُصْمٌ (II, p. ٢٦١, 8), فَرْغانُ (II, p. ٣٤٧, 5 et 6), فَعَنُ (II, p. ٣٥٧, 10), مَرِيع (III, p. ٨٨, 5) et هيوة (III, p. ٣٣٠, 2 et 3); de روضة ذات الحَمَاط فى نواحى المدينة, Ȧl-Mošt. p. ٢١٩, 6, 7; de حَمال, infra in v. يناصيب; sic nempe h. l., monente Fl., leg. pro تناضب, et in v. يناصيب, pro الحَمّال, ut h. l., الحَمَال.

بنى تميم قد تقدّم ذكره والشاعد عليه عند ذكر البَعُوضة☆; in quâ voce afferuntur verba Poëtae مُتَمِّم بن نُوَيْرَة (de quo vid. Zam. p. ٥١ n. *e*), M. الوافر, نعم الفوارس يوم حَلْيَة عادَرَتْ. — De حَلِيّة, pago ab oriente Maris Tiberiadis, Seetz. I, p. 354.

P. ٣١٧ l. 2. De ربض الحمّا, suburbio المهديّة, vid. Al-Bekrī *N. et E.* XII, 481 in f. (47), in ed. Slan. p. ٣٠, 2 a f., ubi de Slane الحما scribit, Quatrem. in *N. et E.* l. l. الحَمَا enunciat. Locus, in quo (ut et in insulâ الغُمّار) 'Obaido'l-lah a. 297 (910-11) eam urbem (المهدية) condidit, vocatur الحَمّا (*J. A.* 1855 Mai-Juin, p. 534). Porro الحَمَا castellum nuncupatur, ubi reges Granadenses thesauros servabant prope غَرْنَاطة (R. Gosche, *die Alhambra*, p. 75). Pagus deinde affertur in ditione Saizārī*s*, dictus الحماء ab An-Nowairīo ap. Quatrem. in *H. d. Sult. Maml.* I, 2, p. 69.

P. ٣١٧ l. 3. De الحمادة vid. infra in v. المريرة; de مَنْزِل الحمار in Siciliâ, in Monumento sec. 12^{i} *Roccam Asini*, et in Monum. sec. 13^{i} *Asinelli castrum*, vid. Al-Idrīsī in Amari *Bibl. Sic.*, p. ٩٣, 4 et seqq. (Jaub. II, 107), et Amari *Carte comparée*, p. 38 in v. *Isnello*; de حَمَارا قرية من عمل البقاع, Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* II, 1, p. 258, et Ibn Kallik. N. ٨٣٩, ed. Wüst. p. ٨. in f., ubi scribitur حمارة; de طور الحُمارة, pro الحُمَيْرَة ط", monte ab oriente Maris mortui septentrionem versus, ubi fontem bituminis esse fabulantur, Seetzen II, p. 227, coll. IV, 357. P. 372 vol.^{is} II^{i} eumdem recte nuncupat طُور الحَمّارة (*mons bituminis*). De الحمارة ap. Nostrum, vid. Al-Bekrī, et supra in v. حَرّة, et *Add.* ad h. l. II, 189.

P. ٣١٧ l. 7. Al-Bekrī in v.: حماساء ممدود موضع اخبر لم يبلغنى تحديده ذكره ابو بكر☆; ad quae conf. Zam. p. ٥٥ n. *d*. De حَماس vid. Al-Mošt. in v. خَيَم et *Add.* ad h. l., et Al-Bekrī, haec

Vocatur istud proelium etiam يوم عَدَن; conf. Reiske et Caussin locis laudd. Sic Al-Bekrī in v.: حُلَيْمة على لفظ التصغير موضع تلقاء يَذْبُل قال ابن احمر (الطويل) تتبّع أوْضاحًا بسُرّة يَذْبُلٍ وترعى هشيمًا من حليمةَ باليًا، هكذا ثبتت روايته عن ابى على فى شعر ابن احمر وكذلك نقلتُهُ من نوادر ابن الاعرابى بخطّ ابى موسى الحامض — وقال ابن دريد فى الجمهرة حليمة موضع هكذا صحّ عنده بفتح الحاء وكسر اللام قال ويوم حليمة مشهور من ايام العرب فظاهر قوله انه منسوب الى هذا الموضع ۞. De ابو موسى الحامض vid. item Al-Bekrī infra II, p. ۳۱۱ n. 8.

P. ۳۱۶ l. 13. De حَلْيَة s. حَلْيٌ, urbe Jemanensi, ab حَلْيى بن يعقوب, Sultano Jemanensi, etiam dictâ حلى ابن يعقوب, vid. Abū'l-Fed. p. ۴۴, ۹۲ et seq. (Rein. p. 29 et 123), et ۳۷۱, Al-Azraqī ۵۴, 12, ۱۳۱, 2 a f., Al-Fāsī, ۷۳, 4 (ubi l. حَلْيِى), et ۳۲۰, 14, Lobbo'l-Lob. in v., Ibn Bat. II, p. 163, et Johanns. in Ind. p. 273. Tria loca, dicta حَلْيَة enumerat Al-Mošt.; 1) ماسدة باليمن, de quo Noster et infra Al-Bekrī agunt; 2) حلية بالطايف, sec. alios وادٍ بتهامة, de quo loco Noster item vid., collatis ejusdem dictis in v. حَلْيَة, p. ۳۱۴, 6, et Zam. p. ۴۱, 6 et 7; 3) حصن حلية بتَعزّ, quod cast. Jāq. ibi, ut Noster, describit. Ab urbe حَلْيَة, s. حَلْيٌ, vix diversus esse potest tum locus, quem Zam. p. ۸ l. 3, definit, ut Al-Hegāzī et Al-Jamanis terminum, tum etiam Noster l. 14, verbis وقبل واد اليمن ad, quia ea urbs in terminis sita erat utriusque regionis; vid. Abū'l-Fed. in v. السِرّيين (p. ۹۳ et Rein. p. 125); eumdemque locum Al-Bekrī spectavit in v. أَمْوَل (*Add.* I, p. 172), pro quo Zam. scribit p. ۸, 2 الومة. Al-Bekrī h.l.: حَلْيَة — اجمة باليمن معروفة وهى ماسدة — وحلية موضع آخر فى بلاد

P. ٣١٧ l. 12. De 5 locis dictis حُمَام, et *idolo* hujus nominis, hìc laudatis, Al-Mošt. item exposuit. Pro عَمِيس, ut Noster infra in v. pronunciandum esse jubet, Al-Mošt. habet عُمَيْس. Noster vero ibi pro الحُمام, scribit الحَمَائم, et sic Qām. in v. عمس (p. ٧٨٠, l. 8), haec observans: وعَمِيسُ الحَمَائِم وادٍ أَحَدُ مَنَازِله صلعم الى بَدْرٍ وكزُبَيْر ابو أَسْماء بن مَعَدّ صَحَابِيّ. In vocibus من مَرّ nullum est vitium, ut suspicatus est Freytagius. Voce مر intelligitur N. P. loci, de quo et reliquis hìc laudatis vid. in vocc. De ذات الحُمام vid. Osiander in *Z. d. d. m. G.* VII, p. 467 et 499, ubi etiam sermo est de *idolo* الحُمام, culto a Tribu هند بن حَرام, h. l. ap. Nostr. tantum obviâ, sed pleniore nomine allatâ in Al-Mošt. h. l., nempe هند بن حَرام بن بنو ضِنّة من بنى عذرة vid. Ibn Dor. p. ٣٢, l. 8, et de بنو ضِنّة من عبد الله بن كثير بن عُذْرَة. بنو ضِنّة بن عبد الله بن نمير ibid. p. ١٧٩, 6 et seqq. Si ergo in Al-Mošt. pro كثير بن legeretur نمير من, haec cum dictis Ibn Doraidi convenirent. Ab eo idolo cognomen accepit vir Himjarita, quem adduxit Qām. in v. حم (p. ١٩٠٣, 6), ubi ait: وكغُرَاب — ورَجُلٌ وذو الحُمام بن مالك حِمْيَرِيّ. — De حَمَامٌ Al-Bekrī in v.: حَمَامٌ على لفظ جمع حمامة بلدة لبنى طَرِيف بن عمرو بن قُعَيْن بن اسد الخ, de quâ Tribu vid. Wüstenf. *Reg.*, p. 445. — De جزيرة الحمام, prope Siciliam, Al-Idrisī ap. Amari *Bibl. Sic.* p. ٦٨, 6 (Jaub. II, p. 112), et de جزائر الحَمّام, prope Alexandriam, Ibn Ǧob. p. ٣٤ l. 3 a f.

P. ٣١٨ l. 1. De الحَمّام من الغربيّة in Aegypto, vidd. *Add.* I, p. 236; de الحَمّام, loco in ditionibus Halebensibus, vid. infra I, p. ٥٠٩ in f. in v. الزرقاء; — de حَمّام الأَنْف prope تونس, Barth *Reisen* I, p. 2, et

